

widerspenstig, aber er werde sie bald bezwingen und sie dann in Gnaden aufnehmen.

1298 (?).

Socii ^{a)} qui ^{b)} naturali dilectione mutuo se amantes propter locorum distancias suis vocibus colloquiorum consolacia habere non possunt, ad-
 minus tamen per interpositas nunciorum vel litterarum revelaciones ^{c)}
 XXII invicem se salutant, ut alter alterius successum et statum vite ^{d)} pro-
 sperum intelligens gratuletur. Hinc est, quod ad tuas preces nobis gra-
 tissimas nostros successus tibi presentibus revelamus, quia divina misera-
 cio opus magnificencie ^{e)} in nobis magnificavit ^{f)} ita, ut omnes principes
 Teutonie ^{g)} nobiles et potentes non ex operibus nostris territi, sed
 propter auditam vocem nostri nominis stupefiunt et ad nos veniunt, qui
 II, III, XII nobis quondam ^{h)} detraxerunt, ymmo se ad nostra genua inclinant et
 adorant vestigia pedum nostrorum ⁱ⁾ et sua feodalia a nobis gratanter
 recipiunt et, ut ipsis simus propicii, deprecantur. Tamen duo principes
 contumaces, filii lantgravii ^{j)} senioris de Austria, nobis de sue temeri-
 tatis stulticia se opponunt nolentes ^{k)} nostris mandatis regalibus obedire.
 Quos, si imperiali gladio exterrere non ^{l)} possumus, ut nostris obediant ^{m)}
 I, VIII, XV, XIX iussionibus et mandatis, ipsis reformari in amicitia paciemur et tunc
 nostrum ⁿ⁾ et tuum desiderium convenire volumus et alterius complexi-
 bus cum magno gaudio coaptari.

XXIV (76, fol. 52^r)

Die Söhne des Landgrafen Albrecht an ihren Vater: sie hätten den vom König eingesetzten Hauptmann (Heinrich v. Nassau) gefangen genommen, die Burgen Mühlberg (bei Torgau) und Grimma seien ihnen übergeben worden und sie hofften, bald im ganzen Land restituirt zu sein.
 Frühjahr 1298.

[N]atura paterne dilectionis circa filios tantam habet efficaciam, quod, si filii patres magnis excessibus offendunt, tamen filiorum pro-
 fectum desiderant et honorem. Hinc est, quod nos, quamvis vestram
 I, II, XI reverenciam heu! sepius offenderimus et vestram indignacionem incide-
 rimus, valde magnam tamen naturalis dilectio nostram prosperitatem
 vobis describere nos compellit. Unde sciat vestra dignacio gloriosa,

XXIII. ^{a)} socios. ^{b)} quod. ^{c)} revelacionibus. ^{d)} iure. ^{e)} doppelt. ^{f)} magnificabit. ^{g)} tuetunie. ^{h)} quindam. ⁱ⁾ langravii. ^{k)} volentes. ^{l)} so Hs., vielleicht zu verbessern in nos. ^{m)} obediat. ⁿ⁾ vestrum

¹⁾ Isai., 60, 14.